

Prologus sermonum de Tempore

Omniam veritatis testimonio seruus inutilis: qui talentum dñi cōmendabilibz lucris non exposuit sed terris infodit vituperat talento pñatur. et in exteriores tenebras ubi flet⁹ est et stridor dentium relegatur: sicut scribit Mat. 22. Timens et ego s̄ idipm per modicum talentū qđ a dño recepi: ad fructū animarū non erogarem: q̄ videlicet ppter hoc aīaduersioni diuine tanq̄ malus et piger seruus cum verecundia subiacerem: quorundā amicorū diuturnis p̄cibus inuitatus: quosdā sermōes de tempore et festis sanctorū per anni circulū cōpilauī: auctoritate sane obscuras et intricatas per industriam biblie derelinqns. Illas autem assumens que ad instructionē magis cōpetent simplicium laycorū. Quo circa peto suppliciter ne scripturarū scientia diuites qui et magno cordis thesauro magna et pretiosa dona pferunt: et in ecclesie gazophilacium mittunt. ne iniquaz mihi indignentur paupculo si cum pauperula vidua duo minuta p̄cciam: p̄sertim cum deo gratum sit et acceptū vt in tabernaculo ei⁹ offerat vnus quisqz quod potest. alii aurum et argentū et lapides p̄ciosos: alii bissum et purpurā et coctū offerunt et iacundum: meū bene agūt si obtulerim pelles arietum et pilos caprarū. Abundantes igit et delicati qui depurataz granum eluriunt magnorū doctoz scripta transcribunt. Iumentis autem simplicibus hui⁹ opusculi paleas in pace dimittant. Hi etiaz qui hoc opusculum sunt suscepturi de sermonū p̄lixitate nō conquerant. Poterunt enim si eis placuerit vna vice vel vnum vel duo membra populo p̄nunciare: et cetera in tempus postmodum reseruare.

Dñica prima aduētus dñi. Sermo primus.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens sup alinaz et pullū filiū subingal̄ it̄ Mat. 21. **T**hematis verba reperiunt originalr scripta Zach. 9. et recitatue in hodierno euāgelio qđ scribit Mat 21. Ad cuius introductionē cōsiderandū est qđ licet regiā maiestate plura cōcernant sic scribit Aristoteles phozum p̄nceps ad magnū alexandrum. Tñ inter cetera multū cōrmit ipm regē mansuetudo et patientia: vnde inquit beatus Greg⁹ in moralibus. Potestati inimica est patientia quā debet p̄nceps refrenare ex cōsideratiōe naturalis parilitatis sue cum illis quibz p̄est. Quis autē x̄ps dñs sit rex regum et dñs dñantium vt scribitur Apoc. 19. Nunq̄ tamē mansuetudinem ac patientiaz reliquit sicut clare patet inspiciēti totam vitam eius. De ipso enim bene d. Ecce rex tuus it̄.